



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **De Vita Petri Canisii De Societate Iesv**

**Rader, Matthäus**

**Monachii, 1614**

IV. Energumenam curat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70957)

## CAPVT IV.

**M**agnam vim habet docentis oratio, cum verba nō discrepant à vita: maiorem cum diuinis etiam suffragiis confirmantur. Ea erat de Canisij virtute opinio, vt nemo non sanctum diuinumq; hominem existimaret, & pro sua sententia tanquā charum Deo virum veneraretur: nec falsi sunt, qui tam piè de Canisio senserunt. Idem de eo Deus ipse pronunciauit, cum multa per eum mortalibus beneficia præstitit, quæ natura ipsa negauit se præstare posse. Infra scribemus illa cælitum suffragatione perpetrata. Hic ponemus, quod ante patria lingua à Martino Eisengreinio, Præsule Oetingano & Academia Ingolstadianæ Procancellario, viro summæ auctoritatis, religionis, eruditionis, qui tum \*Oetingæ fuit, cum hoc quod expono, cōtingit, prolixè & copiosè denarratum est. Oetin-

\* *Vtinum*  
*olim.*

*\* Vtinam.  
Aedes Oe-  
tingana  
religiosis-  
sima.*

*Anna  
Bernhus-  
sia obsessa.*

\* Oetinga, vetus oppidum est in Boi-  
ca, vbi nobile sacrarium, cælitum re-  
ginae Virgini Opt. Max. Dei matri, à  
priscis Boiorum regulis conditum,  
& maximis votorum donis opulen-  
tum, religione sanctissimum, & beni-  
gnæ Dei Genitricis immortalibus be-  
neficiis, in omne gen<sup>o</sup> mortaliū pro-  
fectis, per omnē Germaniam incli-  
tū, iamque per alium latinis literis il-  
lustratum. Huc Augusta Vindelicorū  
anno CIO. IO LXX. Duodecimo Cal.  
Feb. venit Illustris vir Marcus Fugge-  
rus, caput gentis suæ & vrbi Augustæ  
Præfectus, cum Illustri Coniuge sua  
Sibylla, & Canisio nostro, aliisq; cō-  
pluribus, vt ab Anna Bernhusia nobi-  
li virgine, quam secum deduxerant,  
malus genius, quo octauū iam annū  
infecta miserandum in modum cru-  
ciabatur, profligaretur. Cum enim  
S. Vdalrici primum aris Augustæ ad-  
moueretur, sex inde (septē enim im-  
puri spiritus puellā occuparāt) fuga-  
tices.

ti cesserant, septimus negarat se puellam deserturū. Sed virgini in quadam lipothymia seu animi defectio-  
 ne se benigna Dei mater ostenderat, futurumq; prædixerat, hostē Dei in facello suo Oetingano pulsum iri, si cōcepto voto se calicē sacrum munus allaturā polliceretur; promisit illa, & votū soluit, sed in exturbando hoste, malo hospite, non exiguus labor fuit impendendus. Canisius simul Oetingam cū illustri Fuggerorū, vt dixi, comitatu, attigit, virginis Oetigane opē precib⁹ iussit implorari. Postera luce, M. Fugger⁹ cū Cōiuge, expiatis per cōfessionē peccatis, sacroq; Christi corpore percepto, preces ardentissimas ad Deū, Deiq; matrē fundit, vt Canisij conatib⁹ adesse, virginēq; ab immani mōstro, ac carnifice exsoluere dignētur. Secundū prandiū reditur ad tēplū. Aderant spectaculo præsentēs plus minus quindecim; admonet Canisij⁹ puellā voti, quo se Augustæ per  
 auo-

auocationem animi cum calice Oe-  
 ringam deferendo adstrinxerat. Tū  
 simul omnes in genua supplices pro-  
 cumbunt, consensuq; opem caelestē  
 efflagitant. Marci coniunx cum Vir-  
 gine dæmoni obnoxia summum in  
 sacello locum iussa occupat; cingunt  
 illos reliqui, iuxtaq; adsistit Canisi-  
 us, exomologesin exorsus, precati-  
 onem dominicam, & Angelicam sa-  
 lutationem, aliaq; id genus flectendi  
 Numinis causā præsidia adhibet,  
 Quietus interim agebat Dæmon.  
 Recitantur deinde sanctissimæ Vir-  
 ginis Litanæ: responsant omnes;  
*Sancta Virgo, Mater Dei, ora pro nobis.* Hic  
 musitare secum, vota q; abnuere,  
 negare demum apertè dæmon, se  
 nec auditurum, nec passurum, vt  
 Mariæ auxilium imploraretur. Vir-  
 ginem supinam rapit, humiq; crude-  
 liter affligit. Afflictam Marcus in sinū  
 recipit; dextrum Canisius, sinistrum  
 Sibylla cum Sacerdote latus tuetur;  
 ¶ uel-

puellam tamen ægrè retinent. Hinc iam arma Canisius cælestia expedit, hostemq; deuotionibus & diris vrget, atq; hunc in modum premit: *Per Numen nomenq; sanctum Dei, ac magna Matris Dei, impurissime scelestissimeq; demon, impero, uti planè diserteq;, ac sine fraude pronuncies, quot quantiç, sitis, qui puellam occupatis.* Hic, vi cælesti adactus, ægrè ac velut collecta, post interceptum spiritum anima respondet, solum se restare septimum, extremumq; non ignarum voti puellæ, & depulsionis, si ad has Virginis aras admoueretur; cruciaturum tamen se puellam ad satietatem vsq;, priusquam sua statione cedere cogeretur.

Quærit Canisius, ecquoties torturus esset miseram? quater, inquit, supra vicies: parentum causa septies, totiesq; dominorum, decies ob familiam Fuggericam. Ita se in mandatis habere, dictoq; citius mediam arreptam tollit, & crudelem in modum

L                      lumi

humī allidit, trahit, rapit, distenditq̄; uti quinque illi, qui puellā retinebāt, vehemēter laborarēt, ne penitus arreptā discerperet; atq̄; hoc dirū spectaculū reuocauit septimūm. Imponitur dein sculpta, eademq̄; peruetusta virginis imago, ceruici puellæ; furit serpens, omnesq̄; cōspuit, & horrendū vociferatus execratusq̄; *faceffe, inquit meretrix, (Dei Matrē impius appellabat) tam diriter me premere.* Canisium subinde canicidā per cōtumeliā vocitabat, *Atque ego, inquit Canisius, te excarnificabo, Cerbere. Age quando tandē cedes loco?* permittite, inquit, ille, *cedam.* Non hoc, subiicit Canisius, in nobis, sed in Deo, Deiq̄; Matre sitū est. Cui dāmō, *cras me expediam, si prius pro debito hanc duodecimū ad necē vsq̄, torsero.* Postero die geminantur preces, totūq̄; antemeridianū tempus, reb<sup>o</sup> diuinis, ac votis soluendis cōsumitur. Ad meridiem in edicula virginis religiosissima omnes adsunt, & pridiana precā-  
di for-

di formula repetitur. Vbi ad locū de virginis patrociniū ventum, rursū fremere monstrū, puellamq; afflicta-re; Marcus hesternum iterat officiū, puellamq; prensam pro viribus retinere cum aliis contendit. Canisius fulmina dirarum rursū in hostem torquet, deuotionibus vrget, cedere-que loco imperat: ridet ille, & eludit horam integram dicta imperataque Canisij. Duodecima post hora, rursū arripit miseram, a deoq; in eam defæ-uit infernus carnifex, vt horrorem, & commiserationem omnib<sup>9</sup> commo-ueret, omniumq; opinione in mille partes infelix differenda putaretur.

Hanc immanitatē stygius tortor cum in puellam septimum exercuisset, exanimata illa concidit, intraq; partem horæ quartam restituta sibi, interrogatur, quid desideret, quid-ue menti obiectum sit. Respondit placidè, virginem se Dei matrem duobus comitatam calitibus vidisse,

L 2      alte.



alterumq; ex beatis nunciassè, quinto vexandam se adhuc cruciandamq; , dein haud vltro quæstionibus progrediendum, sed imperandum, vti prouolutus in genua Deum verbis Domini; virginem angeli, quintū iteratis veneretur, terramq; septies indicij loco, spectante tota præsentium corona, ore supplex contingat, Reginam cæli terræq; prius læsam & impio ore laceffitam, exquisitis honoribus afficiat colatq;. Quibus acceptis confurgitur ab omnibus, mediumq; sacellum deligitur, vbi palinodiam sanctissimæ Virgini impurissimus canat. Sed omnibus aram Virginis aspicientibus, sola puella ianuæ templi os obuertit; sed imperio Canisij altare cogitur spectare. Quod dum facit, immane incipit fremere, & eiulare; *Væ misero, ut torqueor, nullus meorum intra viginti annos tam atrociter est excarnificatus.* Age nunc, inquit Canisius, impurissima bellua,  
 Dei

Dei mandata exhauri, possessione cede, puellamq; missam facito. Extendit brachia dæmon in formam crucis, præsentescq; affatur. *En*, inquit, *nos infelices Deo, Deiq; Matri, parere cogimur; vos imperium eiusdem detrectatis.* Mox in genua abiectus, Dominicanam precationem hunc in modum pronuntiauit. *Pater noster qui es in cælis*, dein interiectis his (*ob primi vulneris Christi Iesu seruatoris memoriam*) dein cætera, quæ sequuntur, exequebatur. Salutationem Angelicam sic absoluebat; *Aue Maria gratia plena, Tuam gratiam misericordiamq; sentiant omnes in hac æde præsentis.* dein subiunxit reliqua. Postremò adiecit hanc extremam clausulam: *O Maria Mater Dei ora pro nobis.* Hæc quintum iterauit. Peracta prece, Virginem cælestem tam compositis, exquisitisq; verbis collaudauit, vt omnes dederit in admirationem.

Sed Canisius vrgebat extrema, atq;

vt excederet, vi diuini nominis imperitabat. Cui ferociter dæmon; terra prius osculanda mihi septies. Cum fecisset, rogat Canisius, cur id, & qua gratia faceret? *Reginæ Deiparæ colendæ*, inquit, *quam antea vocibus impius incesse- ram*. Mox sublimem rapit puellam, horrendumque fremens immaniter vociferatur, cumque finem clamando faceret nullum, imperat Canisius, vt tandem cedat, ac penitus excedat.

Obsequi cogitur homini mortali genius immortalis, puellamque intra secundam tertiamque pomeridianam pulsus fugatusque deserit. Canisius perculsis omnium animis cohortationem addit, admonetque omnes, vt quisque in memoriã præteritæ vitæ & noxarum cum animi dolore redeat, labes per confessionem abstergat, melioremque viuendi rationem instituat: originem primamque causas aperit, cur & quo pacto sibi dæmonius inuadendæ puellæ vsurparit. Ego, vt accipi, ita rei gestæ

gestæ seriem exposui. Addit Martinus Eifengreinius, occupatam primū à quatuor cacodæmonibus, ob impiam execrationē, qua se (si seculus esset ac dixisset) orco deuouerat. Post trienniū accessisse reliquos; recitat testes omnes præsentēs, & oculatos nominatim, quos in libello ab eodē de ædicula Oetingensi edito Cap. xiv. copiosius leges. Hoc tamē non omitendum, Annam ab ingrato hospite liberatam, Catholicam pietatem ac religionem in omnem reliquam vitam constantissime coluisse.

PRÆFECTVRAM PROVINCIAE PAVLO HOFFÆO  
TRADIT.

CAPVT V.

**T**otum iam vicennium Canisius Sociis in Germania superiore cū potestate præerat, & interea loci Augustæ in Principe Dei matris æde populum pro Cathedra multis annis &